Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Dubium 3. An in Christo fuerit verus timor mortis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library

Dubium Tertium.

An in Chriſto fuerit verus timor mortis?

S. Mar. 14. Reſponſio eſt affirmatiua, & de fide. *Cœpit pauere.*
S. T. q. 15. Ratio eſt, quia ſicuti ſanctiſſima Chriſti anima triſtitiâ
art. 7. perfundebatur apprehendendo malum præſens; ita ti-
mebat apprehendendo malum futurum mortis. Verùm
duæ ex hoc Chriſti timore pullulant difficultates: pri-
ma, quâ ratione timebat mortem, ſi illam deſiderabat?
Luc. 22. *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum.*
Secunda, quomodo timebat ſudando ſanguinem, cùm
timor reuocet, retrahatque ſanguinem ad cuſtodiam
cordis? Reſpondeo primæ difficultati; timebat, ſimul-
ac deſiderabat mortem; at ſecundùm diuerſas rationes:
timebat mortem, vt propriæ naturæ contrariam; deſide-
Alenſis 3. p. rabat eandem, & conformem voluntatem Dei: vel iux-
q. 14. mẽb. ta Alenſem, timebat mortem voluntate naturali; deſi-
5. art. 1. derabat eandem voluntate rationali. Quapro-
S. Athanaſ. pter, ſecundùm Athanaſium, *geminum velle oſten-
dit Chriſtus in horto: alterum humanum, recuſando: al-
Beda. terum Diuinum, affectando mortem. Et in perſona in-
firmorum* (ſubiungit Beda) dicebat, *Tranſeat, & in perſo-
na perfectorum* dicebat, *Fiat voluntas Dei.* Reſpondeo
ſecundæ difficultati, quod, quia affectus timoris ſu-
perabatur ab affectu fortitudinis, ideò ſanguis non pe-
tiit cordis receptaculum; ſed foràs prodiit: ergo in
Chriſto verus & proprius fuit timor mortis, ſed ſecun-
dùm voluntatem naturalem, vti dictum eſt; enimuerò
ſecundùm rationalem, quemadmodum notat Alenſis
loco citato, nullus in Chriſto extitit timor, quia
*nullus fuit Martyr, qui ex Charitate tan-
tùm deſiderabat mori, ſicut
Chriſtus.*

Dubi-